

119

VIRO
PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
DOCTISSIMO
M. IO. ERASMIUS
STVBELIO
ILLVSTRIS SCHOLAE PORTENSIS
HVC VSQVE
COLLEGAE III.
CVM
Prid. Non. Febr. A. R. S. cīc 10cc xxxvii.
CONRECTORIS MVNVS
inter plausus bonorum omnium ipsi collatum
fusciperet
sincera mente gratulabantur
et
ad declarandum non minus amoris quam obseruantiae studium
fausta quaevis precabantur
ALVMNI PRIMO ORDINI CLASSIS
SECVNDAE
adscripti.

NVMBVRGI,
Typis BALTHASAR. BOSSOEGELII privil. Typogr.




* * *

Porta, quid lacrymas adhuc amaras
Fundis? cur gemitus tot edis altos,
Parnasi gemini nouena turba?
Nonne flebilibus modis ademtum
Sectaris bene SCHRAMMIV M peritum,
Magnum castalidum decus cateruae,
Qui recteque fideliterque quondam
Linguis tradiderat scientiasque?
Frustra sunt oculi, ah! profecto frustra,
Qui volunt reparare damna fletu.
Ergo desine, Porta, flere tandem
Moesta funera SCHRAMMII beati
Concentum potius referto suaue.
Sicut non gelida riget pruina
Tellus, aut pluvio madescit imbre
Semper, nec tenebrae polis oberrant,
Sed sol lumine promicat sereno,
Et vehunt Zephyri tepore vela:
Sic omnes querimonias molefas
Pone: quae prius abdidit remisam
Frontem fors, tibi pulchriore vultu
Redit nunc facieque laetiore.
Gaudent terrigenae nouis Calendis
Adhuc, et sibi gratulantur omnes:
At nos, bis, ter et amplius beati,
Hunc annum magis hos diesque faustos
Omnes percipimus nitente fronte
Et ridente prioribus diebus.

Finis temporis hic simulque finem
Adfert funerei doloris omnis,
Atque prosperitas reducta crescit.
Laude CONSPICVVM VIRVM secundae,
Classis reddidit optimis alumnis
Adscriptis Deus ordini priori,
Qualem, proh! dolor, abstulere nobis
Immites simul inuidaeque Parcae.
Attentos animos docebit artes
Nostros ILLE bonas scientiasque.
Iam curas animi tui repelle,
Lugubres animo premas querelas,
Porta, quid lacrymis, quid et quarelis
Indulgere iuuat? Adeste, Musae,
Et tentate viam per alta Pindi
Laetae culmina gressibus citatis.
Prodat laetitiam beata Porta,
Et sic STVBELIVM suum alloquatur:
Salue grande decus nouem fororum!
Orbis gloria magna litterati,
Qui ceu Phosphorus inter astra, fulges
Probos inter et inter eruditos.
Nos conamine faustiore formes
Bonis moribus artibusque honestis.
Tuis consiliis Tuoque ductu
Portae gloria floreat perennis!
Faustos credimus esse nos futuros,
Cum, nos erudiens, dabis lubenter,

Scivit quod Latium, quod Hellas olim,
Ostendesque viam sophies sacratae.
Hinc nostrae merito precatione
Mentes asfiduae flagrant sequente:
Donet commoda largiore dextra
Vitae cuncta TIBI Deus supremus.
Nunquam tristis hyems, nigraeque nubes
TE turbent. Bonus omnium creator
Rerum robora servet atque firmet,
Ut diu iuuenum caterua posit
Lumen lumine de Tuo referre.
Crescit gloria sic magis magisque
Cum vita Tua splendidumque nomen,
Dum piscis gelidos amabit amnes;
Dum leuem volitant aves per auram;
Dum Phoebus radians fugabit astra;
Dum Phoebe radiis micabit ignes
Inter fidereae domus minores.



78 M 496



TA-DO

K018

b7



V I R O
 PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO
 DOCTISSIMO
M. IO. STVBELIO
 ILLVSTRIS SCHOLAE PORTENSIS

C
 Prid. Non.
CONRE
 interplausus
 ad declarandum
ALVMNI P
 Typis BALT

B.I.G.
 Black
 White
 3/Color
 Magenta
 Red
 Yellow
 Green
 Cyan
 Blue

CC XXXVII.
IVNVS
 si collatum
 quantiae studium
CLASSIS

